

bas, & Monasterium in totum succedat. Et in omnibus rebus subjectis monasterio predicto dictus Dominus Abbas, & Monasterium in totum succedant personis decedentibus ab intestato sine filiis legitimis ex se natis, si non conderent testamentum de bonis suis. Et si velint facere testamentum, possint illud facere ad ipsorum liberam voluntatem de duabus partibus conditionatis, & subjectis monasterio, relicta prius tertia parte Domino Abbati, & Monasterio, ut supra; aliter Monasterium in totum succedat. Salvo tamen quod de omnibus bonis mobilibus, & immobilibus franchis, que tenent, & possident, & que ipsos in futurum tenere, & possidere continget, possint predicti homines, & quilibet ipsorum, & habitantes in dicto loco cum testamento, & sine testamento facere, relinquere, donare, legare, vendere, alienare, obligare, & facere ad ipsorum, & cujuslibet eorum liberam voluntatem; ita quod Monasterium hujusmodi jure successionis non possit se impedire, nec in ipsis in nihilum succedere. Et predictas gratias, & franchisias sicut continetur, & declarantur in presenti instrumento, & in suprascriptis capitulis hujus contractus particulariter, & divisim fecit idem Dominus Abbas ipsis sindicis, & hominibus de Monasterio pro se ipsis stipulantibus, & recipientibus, & vice, & nomine totius Communis, & Universitatis, & personarum habitantium in dicto loco, & qui in futurum stabunt, & habitabunt bona fide, & sine fraude pro augmento, & bono evidenti, & honore dicti Monasterii, omni modo, jure, via, & forma quibus melius de jure potest, & ex certa scientia. Que quidem omnia, & singula suprascripta, & in presenti instrumento contenta dictus Dominus frater Albertus Abbas ut supra per se, & vice, & nomine dicti monasterii, & vice, & nomine ejus successorum dictis sindicis per se se, & nomine dicte Universitatis, & singularium personarum ejusdem, ac etiam hominibus suprascriptis pro se ipsis heredibus ejus, & etiam vice, & nomine dicte Communis stipulantibus, & recipientibus; & ipsi sindici, & homines quibus supra nominibus dicto Domino Abbati stipulanti, & recipienti per se se, & vice, & nomine suorum successorum, & dicti monasterii; ac ipse Dominus Abbas, sindici, & homines predicti mihi notario infrascripto officio publico stipulanti, & recipienti vice, & nomine, & ad opus omnium, & singulorum, quorum interest, vel in futurum quomodolibet poterit interesse vice mutua solemniter interveniente hinc inde solemniter promiserunt attendere, & effectualiter observare, & rata, & grata, ac firma habere, & tenere, attendere, & observare adimplere, & non contrafacere, vel venire per se se, vel alium aliqua ratione, vel causa de jure, vel de facto aliquo modo, vel ingenio, seu colore quesito sub pena dupli totius ejus, de quo lis, questio, vel causa moveret, vel fieret dicto facto, vel alterius partis contra alteram partem premissorum totiens committenda in singulis Capitulis hujus contractus, & commissa in partem contrafacientem, in partem observantem exigenda in solidum, quotiens contra predicta, vel aliquod predictorum de jure, vel de

facto fuerit in aliquo controventum, seu contrafactum omnibus suprascriptis, & infrascriptis plei obtinentibus nihilominus suum robur. Iteptis plene & restituere una pars alteri, & altera alteri vicissim omnia, & singula expensa damna, & interesse, que, & quas una pars occasione alterius in iudicio, vel extra pateretur, faceret, vel sustineret. Pro quibus omnibus, & singulis referendo singula singulis attendendis, & observandis dictus Dominus Abbas vice, & nomine dicti Monasterii, & successorum suorum ipsis sindicis, & hominibus pro se, & vice, & nomine dicte universitatis, & singularium personarum dicte universitatis hypothecavit omnia bona ipsius Monasterii habita, & habenda, & sindici, & homines per se se, & vice, & nomine dicte universitatis, & vice, & nomine omnium, & singularium personarum dicte universitatis dicto Domino Abbati stipulanti, & recipienti vice, & nomine dicti sui Monasterii hypothecaverunt, & loco pignoris obligaverunt omnia bona dicte universitatis, & singularium personarum dicte universitatis habita, & habenda, & ad omnium predictorum pleniorum roboris firmitatem, tam dictus Dominus Abbas, quam dicti Sindici, & Consilarii vice, & nominibus suprascriptis, eorum favoribus, beneficiis, & juribus, & que sint ille, & quid dicant per me Notarium infrascriptum certificati consulte, & ipsorum certa scientia renuntiaverunt expresse exceptioni dicendo, rem non fuisse, ut scribitur, sic gestam, & de pluri, vel aliter scripto, & minus dicto, vi, metusve causa, & ex injusta causa simulationis, deceptionis, nullitatis in integrum restitutionis in factum, & doli mali, & generaliter omnium legum, decretorum, consuetudinum, privilegiorum, provisionum, literarum factarum, vel fiendarum auxilio quo, vel quibus partes predictae, vel aliqua premissorum contra predicta, vel aliquid predictorum de jure, vel de facto facere, seu in aliquo contravenire, vel se juvare possint. Qui Dominus frater Albertus Abbas, ut supra suis manibus positus ad pectus Comuni juravit ad sancta Dei Evangelia predicta omnia, & singula supra, & infrascripta dicta attendere, & observare, & non contrafacere, vel venire aliqua ratione, vel causa sub obligatione omnium honorum suorum, & dicti Monasterii. Quibus omnibus suprascriptis, & infrascriptis Reverendissimus in Christo Pater, & Dominus Dominus Antonius suprascriptus Abbas dicti monasterii Fructuariensis presens consensus, ac venerabilis Dominus frater Thomas de Valpergia Prior de Turri de Ast, frater Martinus Rotarius elemosinarius Monasterii Fructuariensis, frater Michael Caralius, & frater Antonius de sancto Benigno omnes Monachi monasterii predicti in dicto Monasterio sancte Julie nunc existentes, & Capitulum representantes super predictis habita deliberatione semel, & pluries ex scrutinio cum predictis Dominis Abbatibus predictis omnibus, & singulis consenserunt, & de predictis omnibus, & singulis preceperunt fieri publica instrumenta ejusdem tenoris per me Notarium infrascriptum prout melius fieri poterunt, & dictari.

Ego Rolandinus de Rolandis de Bistagno Aquensis Diocesis imperiali auctoritate Notarius his omnibus